

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Necessitudinis aversator.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

nique atrox usque adeo odium inter eos esse autem, ut utriusque sanguinē commiscueris, sponte se uterque subducatur ac separetur, antipathia, ne coeat pertinacissimè repugnante.

## NECESSITUDINIS AVERSATOR. CAP. XL.

**S**i vero Florum una cum Salo pingerent, hominem qui alterius necessitudinem pertinaciter aversetur, significabant: quare aves illae aut averse invicem, aut capitibus saltem obtortis in diversa pingenda sunt. Commenti causa ea est, quod in placib[us] inter utramque inimicitia intercedunt, neque ullo pacto fieri potest ut harum quoque languis exhaustus commisceatur: confusum enim non aliter alter hinc, alter inde contrahitur, quam oleum ab aqua subducitur, usque adeo natura ipsa dissident. Quare tibi tria sunt observanda ejusdem generis exempla, quorum natura inter se nimè congruat, sitque pertinacissima discordia, Salus & Florus, Salus & Asinus, & de quibus loco dictum, Cornix atque Noctua. Namque ut nihil est appetentius, nihil rapacius simillimum fūi, quam natura: ita etiam dissimilium nihil aversum magis, ac magis abominabile.

## DE ARDEA.

## EXANGUIS DE NEQUITIA REDDITUS. CAP. XLII.

**H**ominem ita libidinis usu confectum exhaustumque, ut propemodum exanguis sit effectus ostendere qui vellet, Ardeolam illam pelam pingebant, quae Græcè ἐγωδίας dicitur: ea de cōitu ita angit, ut sanguinem ex oculis emitat, remque summo cum dolore peragat, clamore vallo agit, admodum insuavi difficultatem attestante. Nomen illi apud Græcos inditum ajunt, ἡν ἐαρίζειν, nam ἐαρ quandoq[ue] sanguinem significat. In collectaneis Suidæ Grammatici dictam volunt ἐν ἀλεον θλατεσίαιν, quod in paludosis & humidis locis versetur, quasi helodium dicas. Sunt quies inter Grues recenteant: sunt qui similem Grui dicant: & Divinarum literarum interpretes de aetate, ubi vulgata Psalmorum editio habet, *Herodii domus dux est eorum*, varia tradiderunt.

## TEMPESTAS. CAP. XLIII.

**S**edenim D. Augustinus, qui herodium fulicam arbitratus, tempestatis eam impendentis signum ostendit, quod sanguinem ex oculis emitat, remque summo cum dolore peragat, clamore vallo agit, admodum insuavi difficultatem attestante. Nomen illi apud Græcos inditum ajunt, ἡν ἐαρίζειν, nam ἐαρ quandoq[ue] sanguinem significat. In collectaneis Suidæ Grammatici dictam volunt ἐν ἀλεον θλατεσίαιν, quod in paludosis & humidis locis versetur, quasi helodium dicas. Sunt quies inter Grues recenteant: sunt qui similem Grui dicant: & Divinarum literarum interpretes de aetate, ubi vulgata Psalmorum editio habet, *Herodii domus dux est eorum*, varia tradiderunt.

## DE CINNAMO.

## AROMATARIUS. CAP. XLIV.

**H**ominem ex aromatum mercimonii dilecentem significantes, Cirinatum autem pingunt. Avis ea in Arabia versatur, qua furculos Cinnami congerit, ex quibus nidum sibi conficiat: quo circa indigenæ plumbatis eum sagittis decutunt, mercis gratia: neque aliud mihi super ea compertum est.

## DE VELIA.

## STUDIOSUS OTII. CAP. XLV.

**S**tudiosum otii & commodorum hominem indicare qui volunt, Veliam aveni pingunt: ea è nim in umbra & aura & statim agit, hyemem in apricis: nam & potentes, cum in eos qui otio lite-

ratio